

semen in testamento stetit. et filio-  
rum ipsorum propter illos. Usque in  
terminum manet semen eorum: et  
gloria eorum non derelinquetur.  
Corpora ipsorum in pace sepulta  
sunt: et nomen eorum uiuet in  
generationes et generationes. Sa-  
pientiam ipsorum narrent populi:  
et laudem eorum nuntiet ecclesia.

*f. i.*

*noch* placuit deo et translatus  
est in paradysum. ut det gentibus  
sapientiam. *noe* inuentus est  
perfectus iustus: et in tempore ira-  
cundie factus est reconciliatio.  
Ideo dimissum est reliquum ter-  
re: cum factum est diluuium.

*f. ii.*

Testamenta scilicet posita sunt apud  
illum: ne deleri possit diluuium.  
omnis caro. *braham* magnus  
pater multitudinis gentium. et  
non est inuentus similis illi in  
gloria: qui conseruauit legem ex-  
celsi. et fuit in testamento cum  
illo. In carne eius stare fecit te-  
stamentum: et in temptatione in-  
uentus est fidelis. Ideo iure iu-  
rando dedit illi gloriam in gente  
sua crescere illum. quasi terre  
cumulum. et ut stellas exaltari  
semen eius. et hereditari illos  
amari usque ad mare. et a flumi-  
nos usque ad terminos terre.

*f. iii.*

*isaac* eadem fecit modo: propter a-  
braham patrem ipsius. Benedi-  
ctionem omnium gentium dedit  
illi. Et testamentum confirma-  
uit super caput iacob. Agnouit  
eum in benedictionibus suis: et

*f. iiii.*

*f. v.*

*xlv. c.*

dedit illi hereditatem et diuisit illi  
partem in tribubus duodecim. et  
conseruauit illi homines misericordie.  
inuenientes gratiam in oculis omnis  
carnis. *moyses* dilectus deo et homi-  
nibus: cuius memoria in benedi-  
ctione est. Similem illum fecit in  
gloria sanctorum: et magnificauit eum  
in timore inimicorum: et in uer-  
bis suis monstra placauit. Glorifi-  
cauit illum in conspectu regum:  
et iunxit illi cor populi sui. et osten-  
dit illi gloriam suam. In fide et leni-  
tate ipsius sancti fecit illum: et ele-  
git illum de omni carne. Audi-  
uit enim eum et uocem ipsius: et in-  
duxit illum in nubem: et dedit  
illi cor ad precepta et legem uite  
et discipline docere iacob testam-  
tum et iudicia sua israel.

*f. vi.*

*f. vii.*

*aron.* fecit excelsum fratrem eius et similem  
sibi: de tribu leui. Statuit ei testa-  
mentum eternum et dedit illi sa-  
cerdotium gentis. et beatificauit  
illum in gloria: et circumcinxit il-  
lum zona glorie. Induit illum sto-  
la glorie. et coronauit illum in uas-  
is uirtutis. circumpedes et femora-  
lia. et humerale posuit ei: et circum-  
dedit illum tintinnabulis aureis plurimis  
in giro. dare sonitum in in excessu  
suo. auditum facere sonitum in tem-  
plo in memoriam filiis gentis sue.  
stolam sanctam auro et iacincto et  
purpura. opus textile uiri sapien-  
tis iudicio et ueritate predicti. tor-  
to cocco opus artificis. gemmis pre-  
ciosis figuratis in ligatura auri.

et opa lapidarij sculpsit. in memo-  
riam scdm numerum tribuum isrl:  
coronam auream sup mitrā eius.  
expressam signo scitatis. glām ho-  
noris et opus uirtutis. Desideria  
oculorū ornata. Sic pulchra ante  
ipsum non fuerunt alia: usq; ad  
orientē. Non inducus est alienige-  
na aliquis: sed tantū filij ipsius so-  
li. et nepotes eius p omne tempus.  
Sacrificia ipsius: consumpta sunt  
igni cotidie. Compleuit moyses  
manus eius: et unxit illū oleo scō.  
Factum est illi in testamentū eter-  
num. et semini eius sicut dies celi:  
fungi sacerdotio et habere laudē.  
et glorificare poplū suū in nomi-  
ne suo. Ipsum elegit ab omni uiuen-  
te. offerre sacrificiū deo incensū.  
et bonū odorem in memoriam  
placere poplō suo. et dedit illi in  
preceptis suis potestātē. in testa-  
mentis iudiciorū docere iacob te-  
stimonia. et in lege sua lucē dare  
isrl: quia contra illū steterunt  
alieni. et ppter inuidiam circun-  
dederunt illum in deserto homi-  
nes qui erant cum dathan et abi-  
ron. et congregatio chore in ira-  
cundiam. Vidit dñs d's et non  
complacuit illi: et consumpti sunt  
in impetu iracundię. Fecit illis  
monstra et consumpsit eos in flā-  
ma ignis: et addidit aaron glāā  
et dedit illi hereditatē. et pmit-  
as fructuum terre diuisit illi.  
Panē ipsis in primis parauit in  
sacietatem. Nam sacrificiū dñi

edent: que dedit ipsi et semini  
eius. Ceterum in terra gentis  
non hereditauit: et pars non  
est illi in gente. Ipse enim pars ei  
est: et hereditas. *mes* filius dea-  
zari tertius in glāa imitando ip-  
sum in timore dei. et reuerentia  
gentis. in bonitate et alacritate  
anime sue placuit deo isrl. Ideo  
statuit ad illum testamentū pa-  
cis. principem scōrum et gentis  
sue. ut sit illi et semini eius sacer-  
dotij dignitas in eternū: et testa-  
mentū dauid regi filio iesse de  
tribu iuda hereditas illi et semi-  
ni eius ut daret sapientiam in  
cor nr̄m. iudicare gentē suā in iu-  
sticia ne abolerent bona ipsorū glāa ip-  
sorū in gentem eorū eterna fecit.  
*hesusnaue.* fortis in bello successor  
moysi in pphis. qui fuit magnus  
scdm nomen suum. maximus in  
salutem electorū dei. expugnare  
in surgentes hostes. ut conseque-  
retur hereditatē isrl: quā glām  
adepsus est intollendo manus  
suas. et iactando contra ciuitates  
rompheas. Quis ante illum sic re-  
stitit? Nam hostes ipse dñs pdu-  
xit. aut non iracundię eius impe-  
ditus est sol et una dies facta est  
quasi duo: Inuocauit altissimū  
potentē in obpugnando inimicos  
undiq; et audiuit illum magnus  
et scs d's. In saxis grandinis uirtu-  
tis ualde fortis. impetū fecit contra  
gentē hostilem: et in descensu per-  
didit contrarios. ut cognoscant

*Vij.**ix. xlvj.*

genes potentia eius. quia cont  
 dnm pugnare non est facile. et  
 secutus est a tergo potentes. Et  
 in dieb; moysi misericordiam fecit ip  
 se et haleph filius ieffone: sta  
 re contra hostem et phibere ge  
 tem a peccatis. et pfringere mur  
 mur malicie. et ipsi duo consti  
 tuti a piculo liberati sunt a nu  
 mero sexcentorum milium pedum  
 inducere illos in hereditate. in  
 terra que manat lacte et melle.  
 Et dedit dñs ipsi caleph fortitudi  
 dine. et usq; in senectute pman  
 sit illi uirtus. ut ascenderet in  
 excelsum terre. locum. et semen  
 ipsius obtinuit hereditate: ut  
 uident omñs filij isrl. quia bonu  
 est obsequi sco deo et iudices sin  
 guli suo nomine quorum non e  
 cor. qui non auersi sunt a dño.  
 ut sit memoria illorum in bene  
 dictione. et ossa eorum pullulat  
 de loco suo. et nomen eorum pma  
 neat in eternu: pmanens ad fi  
 lios illorum. scorum uirorum in glo  
 ria. *Ex.* **amuel** ppha dñi dilectus  
 a deo suo renouauit impium:  
 et unxit pncipes in gente sua.  
 In lege dñi iudicauit congre  
 gatione. et uidit dñs iacob et  
 in fide sua pbatus est ppha. et  
 cognitus est in uerbis suis fide  
 libus quia uidit dñm lucis: et in  
 uocauit dñm omnipotentem. in  
 pugnando hostes circumstan  
 tes undiq; in oblatione uiri in  
 uiolati. et inuocuit e celo dñs.

et in fontem magno audita fecit  
 uocem suam. et contriuit pnci  
 pes tyroru. et omnes dulces phi  
 listim: et ante tempus finis uite  
 sue et sci. testimoniū prebuit  
 in conspectu dñi et xpi. Pecuni  
 as et usq; ad calciamenta ab omni  
 carne non accepit: et non accusa  
 uit illum homo. Et post hoc dor  
 miuit. et notum fecit regi. et ostē  
 dit illi finē uite sue: et exaltauit  
 uocē eius de terra in ppha. dele  
 re impietatem gentis. Post hoc *Exi.*  
 surrexit nathan ppha in diebus  
 dauid: et quasi adeptus sepatus est  
 a carne.

**S**ic dauid a filiis isrl. Cum leo  
 nib; lusit quasi cum agnis: et in  
 uersis similiter fecit. sicut cū agnis ouiu  
 in iuuentute sua. Nunquid non  
 occidit gigante. et abstulit op  
 probrium de gente: In tollendo  
 manu in saxo funde. derexit ex  
 ultatione golie: ubi inuocauit  
 dñm omnipotentem. et dedit in  
 dextera eius tolerare hominē forte i  
 bello. et exaltare cornu gentis  
 sue. Sic in decem milib; glorifica  
 uit eum. et laudauit eum in be  
 nedictionib; dñi: in offerendo illi  
 coronā glorie. Contriuit enim  
 inimicos undiq;: et extirpauit  
 philistim contrarios usq; in ho  
 diernum diem. Contriuit cor  
 nu ipsorum usq; in eternum. In om  
 ni ope dedit confessionē sco: et  
 excelsio in uerbo glie. De omni  
 corde suo laudauit dñm. et

dilexit dñm qui fecit illum. et de-  
dit illi contra inimicos potentiam.  
et stare fecit cantores contra alta-  
re. et in sono eorū dulces fecit mo-  
dos. et dedit in celebrationib; de-  
cus. et ornauit tempora usq; ad  
consumationē uite. ut laudaret  
nomen sc̄m dñi. et amplificarent  
mane dei sc̄itatem. Xpc purga-  
uit peccata ipsius. et exaltauit  
in eternū cornu eius: et dedit illi  
testamentū regum. et sedem glie  
isrl. Post ipsum surrexit filius sen-  
satus: et ppter illum deiecit om-  
nem potentiam inimicorum.

**S**alomon impauit in diebus  
pacis. cui subiecit d̄s omnes ho-  
stes. ut conderet domū in nomi-  
ne suo. et paret sc̄itatem in sem-  
piter nū: quēadmodum eruditus  
est in iuuentute sua. et impletus  
est quasi flumen sapientia. Et in  
terram rexit anima tua: et re-  
plesti in compassionib; enigmata.  
Ad insulas longe diuulgatū est  
nomen tuū: et dilectus es in pace  
et in pace tua. In canalenis et p-  
uerbijs. et compassionib; et inter-  
pretationib; mirate sunt terre:  
et in nomine dñi cui est cognōm  
d̄s isrl: collegisti quasi auricalcū  
aurū: et ut plumbū complesti  
argentū. et inclinasti femora tua  
mulierib;. Potestatem habuisti in  
tuo corpore. dedisti maculam in  
glia tua. et pfanasti semen tuū.  
inducere iracundiam ad liberos  
tuos. et in ceteris stulticiā tuam.

ut faceres impiū bipticiū. et exef-  
stem impare impium durū: d̄s  
autē non derelinquet misericordiam  
suā. et non corrumpet neq; dele-  
bit opa sua. neq; pdet ab stirpe  
nepotes electi sui: et semen eius  
qui diligit dñm non corrūpet.  
Dedit autē reliquū iacob et da-  
uid: de ipsa stirpe. Et finē ha-  
buit salomon cum patrib; suis.  
et reliquid post se de semine suo  
genos stulticiam. et minutū pru-  
dentia roboam. qui auerit gen-  
tem consilio suo. et ieroboam fili-  
um nabach qui peccare fecit isrl:  
et dedit ephraim uiam peccandi.  
et plurima redundauerunt pec-  
cata ipsorū ualde auerterunt  
illos a terra sua: et quesiuit om̄s  
nequitas usq; dum pueniret ad  
illos defensio. et ab omnib; pecca-  
tis liberauit eos. xlviij. c.

**E**t surrexit helias ppha. quasi  
ignis. et uerbum ipsius quasi  
facula ardebat: qui induxit in  
illos famem. et immutantes illū  
inuidia tabefacti sunt. Non po-  
terant eū sustinere precepta do-  
mini. Verbo dñi continuit celū:  
et deiecit a se ignē terre. Sic am-  
plificatus est helias in mirabilib;  
suis. et quis potest similiter glo-  
riari tibi: Qui sustulisti mortu-  
um ab inferis. de sorte mortis  
in uerbo dñi dei. qui deiecisti re-  
ges ad pntem. et confregisti fa-  
cile potentia ipsorū. et gloriosos  
delecto suo qui audis in fina iu-

J. cxxx.

viii.

J. cxxx.

dicum. et in choreb iudicia defensionis. qui ungit reges ad penitentiam. et iphas facit successores patre. qui receptus est in turbine ignis. in curru equorum igneorum qui inscriptus est in iudicijs temporum lenire iracundiam domini. conciliare cor patris ad filium. et restituere tribui iacob: Beati sunt qui te uiderunt: et in amicitia tua decorati sunt. Nam nos uita uiuimus tantum: post mortem autem non erit tale nomen nostrum. he uas qui in turbine raptus est.

**J cxxi.** **E**t in beliseo completus est spiritus eius. In diebus suis non peruenit principem et in potentia nemo uicit illum. nec superauit illum uerbum aliquod: et mortuum prophetauit corpus eius. In uita sua fecit monstra: et in morte mirabilia operatus est. In omnibus his non penituit populus. et non recesserunt a peccatis suis. usque dum abiecti sunt de terra sua. et dispersi sunt in omnem terram et relicta est gens per pauca. et principes in domo dauid. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret deo: alij autem multa commiserunt peccata.

**E**zechias munuit ciuitatem suam. et induxit in medium ipsius aquam: et fodit ferro rupem. et edificauit ad aquam puteum. In diebus ipsius ascendit sennacherib. et misit rapsace et sustulit manum suam contra

illos: et exiuit manum suam in syon: et superbi factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda et manus ipsorum: et doluerunt quasi parturientes mulieres: et inuocauerunt dominum misericordem. et expandentes manus extulerunt ad celum. et sanctus dominus deus audiuit cito uocem ipsorum. Non est commemoratus peccatorum illorum. neque dedit illos inimicis suis. sed purgauit illos in manu ysaie sancti prophete. Subiecit castra assirorum: et contriuit illos angelus domini. Nam fecit ezechias quod placuit deo: et fortiter uixit in uia dauid patris sui. quam mandauit illi ysaias propheta magnus. et fidelis in conspectu dei. In diebus ipsius retro rediit sol: et addidit regi uitam. Spiritu magno uidit ultima: et consolatus est lugentes syon usque in sempiternum. Ostendit futura et abscondita: antequam euenirent.

**M**emozia ioseph in xlix. compositione odoris: facta in opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria: et in musica in conuiuio uini. Ipse est directus diuinitus in penitentiam gentis. et tulit ab hominationes impietatis: et gubernauit ad dominum cor ipsius. et in diebus peccatorum corroborauit pietatem.

**P**reter dauid et ezechiam. et iohannam: omnes peccata commiserunt. Nam reliquerunt legem

potentes reges iude: et contempse-  
runt timorem dei. Dederunt  
enim regnum suum alijs: et gloriam su-  
am alienigenę genti. Incenderunt  
electam scitatis ciuitatem.

**XXXIII.** Et desertas fecerunt uias ipsius  
in manu hieremie. Nam male-  
tractauerunt illum. qui auen-  
te matris consecratus propheta est:  
euertere et eruere et perdere. et ite-  
rum edificare et renouare. Eze-  
chiel qui uidit conspectum glorie.  
quam ostendit illi in curru cheru-  
bim: nam commemoratus est  
inimicorum in umbra. Benefacere  
illis qui ostenderunt rectas ui-  
as. et duodecim prophetarum ossa:  
pullulant de loco suo. nam cor-  
roborauerunt iacob: et redeme-  
runt se in fide uirtutis. Quo-  
modo amplificemus zorobabel:  
nam et ipse quasi signum in dexte-  
ra israhel manu. et ihesum iosedec  
qui in diebus suis edificauerunt  
domum. et exaltauerunt templum  
secundum domino. paratum in gloriam se-  
piternam. et neemiam in memo-  
ria multa temporis. qui erexit  
nobis muros euersos. et stare fe-  
cit portas. et seras. qui erexit do-  
mos nostras: Nemo natus est in  
terra quasi enoch. Nam et ip-  
se receptus est a terra. Et ioseph  
qui natus est homo princeps  
fratrum firmamentum gentis rector  
fratrum. stabilimentum populi. et  
ossa ipsius usitata sunt. et post  
mortem prophetauerunt. Seth.

et sem. apud homines gloriam ad  
epi sunt: et sunt: et super omnem  
animam in origine adam. .l.

**XXXIV.** Simo onie filii sacerdos magnus.  
qui in uita sua suffulsi domum:  
et in diebus suis corroboraui tem-  
plum. Templi etiam altitudo ab  
ipso fundata est: duplex edifica-  
tio. et excelsa parietis templi. In  
diebus suis. remanauerunt putei  
aquare. et quasi mare adimple-  
ti sunt supra modum. qui cura-  
uit gentem suam et liberauit eam  
a perditione. qui preualuit am-  
plificare ciuitatem. qui adeptus  
est gloriam in conuersatione gen-  
tis. et ingressum domus et atrij  
amplificauit. Quasi stella matu-  
tina in medio nebule. et quasi  
luna plena in diebus suis luxit:  
et quasi sol refulgens: sic ille ef-  
fulsit in templo dei. Quasi arcus  
resplendens inter nebulas glorie:  
et quasi stros rosarum in diebus uer-  
nis. Quasi lilia que sunt in tran-  
sitiu aque: et quasi thus redolens  
in diebus estatis. Quasi ignis reful-  
gens: et thus ardens in igne. Qua-  
si uas auri solidum: ornatum omni  
lapidibus preciosis. Quasi oliua  
pullulans: et cypressus in alti-  
tudinem si tollens. In accipiendo  
ipsum stolam glorie: et uestiri eum  
in consumatione uirtutis. in as-  
censu altaris sancti: gloriam dedit sci-  
tatis amictum. In accipiendo au-  
tem partes de manu sacerdotum.  
et ipse stans iuxta aram. circa illum

coronati. quasi plantatio  
 cedri in monte libano. sic circa il-  
 lum steterunt quasi rami palme.  
 et omnes filii aaron in gloria sua. ob-  
 latio autem domini in manibus ipsorum.  
 coram omni synagoga israel. et  
 consumatione fungent in ara.  
 amplificare oblationem excelsi re-  
 gis. porrexit manum suam in libatio-  
 nem. et libavit de sanguine uive.  
 Effudit in fundamento altaris  
 odorem diuinum: excelsis principis.  
 Tunc exclamauerunt filii aaron.  
 In tubis productilibus sonuerunt:  
 et auditam fecerunt magnam uo-  
 cem in memoriam coram deo. Tunc  
 omnis populus simul prostrauerunt.  
 et ceciderunt in faciem super ter-  
 ram: adorare dominum suum et dare  
 preces omnipotenti deo excelsis.  
 Et amplificauerunt psallentes  
 in uocibus suis: et in magna do-  
 mo auctus est sonus. suauitatis  
 plenus. Et rogauit populus dominum  
 excelsum in prece: usque dum profe-  
 ctus est honor domini. et munus su-  
 um profecerunt. Tunc descendens  
 exultit manus suas in omnem  
 congregationem filiorum israel: da-  
 re gloriam deo alabys suis. et in  
 nomine ipsius gloriari. Et itera-  
 uit orationem suam uolens ostē-  
 dere uirtutem dei. et plus orauit  
 deum omnium: quia magna fe-  
 cit in omni terra. Qui auxit di-  
 es nostros a uentre matris nostre. et  
 fecit nobiscum secundum misericordiam su-  
 am: det nobis iocunditatem cor-

dis. et fieri pacem in diebus nostris. in  
 israel per dies sempiternos credere  
 israel nobiscum esse misericordiam dei  
 ut liberet eos in diebus suis. Quas  
 gentes odit anima mea: tertia  
 autem non gentes quam oderim.  
 Qui sedent in monte ser et phili-  
 stinum: et stultus populus qui habitat  
 in sichimis. Doctrinam sapientie  
 et discipline scripsit in codice isto  
 iesus filius sirach ierosolimita. qui  
 renouauit sapientiam de corde suo.  
 Beatus qui in istis uersatur bonis.  
 Qui ponit illa in corde suo: sapiens  
 erit semper. Si enim hec fecerit ad om-  
 nia ualebit: quia lux dei uestigi-  
 um eius est. *oro ihu filii sirach.*  
 Confitebor tibi domine rex: et collau-  
 dabo te dominum saluatorem meum. Con-  
 fitebor nomini tuo: quoniam adiutor  
 et protector factus es michi. et libe-  
 rasti corpus meum a perditione. ala-  
 queo lingue inique et alabys op-  
 antium mendacium. Et in conspe-  
 ctu adstantium factus es michi ad-  
 iutor: et liberaasti me secundum multi-  
 tudinem misericordie nominis tui. aru-  
 gentibus preparatus ad escam: de  
 manibus querentium animam meam.  
 et de portis tribulationum que cir-  
 cundederunt me a pressura flamma  
 que circumdedit me: et in  
 medio ignis non sum estuatus.  
 de altitudine uentris inferi. et  
 ab lingua conquinata et uerbo  
 mendacii. a rege iniquo et lin-  
 gua iniusta. Laudabit usque ad  
 mortem anima mea dominum: et uita

mea appropinquans erat in infer-  
no deorsum. Circumdediderunt  
me undiq; et non erat qui adiu-  
uaret. Respiciens etiam ad adiu-  
torium hominum: et non erat. Me-  
moratus sum misericordie tue dñe:  
et cooperationis que a sclo est: qm̄  
eruis sustentet te. et liberaf eos  
de manib; gentium. Exaltasti sup  
terrā habitationē meā: et p̄mor-  
te defluenti deprecatus sum. Inuo-  
caui dñm patrem dñi mei: ut n̄  
derelinquat me in die tribulatio-  
nis mee et in tempore supborū.  
sine adiutorio. Laudabo nomen  
tuū assidue: et collaudabo illud  
in confessione. exaudita est oratio  
mea. Liberaf me de pditione: et  
eripuisti me de tempore iniquo.  
Propterea confitebor et laudem  
dicam tibi: et benedicā nomen  
dñi cum adhuc iunior sum. Pri-  
quā oberrare: quesiui sapientiā  
palam in oratione mea. Ante tē-  
pus postulabam pro illa. et usq;  
innouissima inquirā eam. et flo-  
rebit tanquā precox uua. Letatū  
est cor meū in ea. ambulauit pes  
meus iter rectū: a iuuentute mea  
inuestigabam eam. Inclinaui  
modice aurē meā: et excepi illā.  
Multā inueni in me ipso sapien-  
tiam: et multū p̄fecit in ea. Dan-  
ti michi sapientiam: dabo gl̄iam.  
Consiliatus sum enī: ut facerem  
illam. Zelatus sum bonū: et n̄  
confundar. Colluctata est anima  
mea in illa: et in faciendo eā con-

firmatus sum. Manus meas exten-  
di in altū: et in sapientia eius lu-  
xit anima mea. Direxi ad illam:  
et in agnitione inueni eam. Pos-  
sedi cum ipsis cor ab initio: p̄pter  
hoc non derelinquar. Venter m̄s  
conturbatus est querendo illam:  
p̄pterea possidebo bonū possessio-  
nem. Dabit enī michi dñs linguā  
mercedē meā: et in ipsa laudabo  
eum. Appropriate ame indocti:  
et congregate uos in domo disci-  
pline. Quid adhuc retardatis et  
quid dicitis in his? Anime ur̄e si-  
tuunt uehementer. Aperui os  
meū: et locutus sum. Compate  
uobis sine argento. et collum ue-  
strū subicite iugo: et suscipiat  
anima ur̄a disciplinā. In pximo  
est enī inuenire eam. Videte ocu-  
lis ur̄is quia modicū laboraui:  
et inueni michi multā requiē.  
Assumite disciplinā in multo  
numero argenti: et copiosū au-  
rū possidete in ea. Letetur ani-  
ma ur̄a in misericordia eius: et non  
confundemini in laude ipsius.  
Opamini opus ur̄m ante tem-  
pus: et dabit uobis mercedē  
ur̄am in tempore suo.

Explicit oratio iesu filij syrach.

**E**t inclinauit salomon. *orō salomonis.*  
genua sua in conspectu totius *f. cxxvii.*  
ecclie isrl: et aperuit manus su-  
as ad celum et dixit. Dñe deus  
isrl non est tibi similis d̄s in celo  
sursum. neq; in terra deorsum:  
qui custodis testamentū tuum



et misericordiam pueris tuis. eun-  
tibus in conspectu tuo. in toto corde ser-  
uans puero tuo dauid que lo-  
cutus est illi. et locutus es in ore  
tuo et in manu tua implesti. quod  
si dies iste. Et nunc domine deus israel:  
custodi puero tuo dauid patri  
meo que locutus es illi dicens.  
non deerit tibi uir a facie mea. se-  
dens in throno israel ueruntamen  
si custodierint filij tui legem meam.  
ut in preceptis meis ambulent.  
sicut ambulauerunt in conspe-  
ctu meo fideles. Et nunc domine  
deus israel creditum est uerbum quod locu-  
tus es puero tuo dauid. quoniam si ue-  
re habitauit deus cum hominibus  
in terra. si celum celi non suffici-  
ant tibi. quanto magis domus  
hec quam edificauimus. Sed respice  
et ad orationem pueri tui et pre-  
cationem deus. ut exaudias domine  
placationem orationis. quam puer  
tuus orat coram te hodie. ut  
sint oculi tui super domum hanc  
die ac nocte in loco in quo dixi-  
sti inuocari nomen tuum. et ex-  
audias orationem. quam puer tu-  
us orat in loco hoc. et exaudi-  
es precationem pueri tui et po-  
puli tui israel si orauerint in lo-  
co isto. et exaudias de loco ha-  
bitationis de celo. et exaudias  
et propitius sis si peccauerit uir  
iste. **Explicit liber ecclesiasticus.**  
**Habet uersus. ii. dccc.**

*Incipit p̄fatio sc̄i hieronimi in libro  
de hebraeam. i. uerba dixerunt.*



**S**i septuaginta  
interpretū pu  
ra et ut ab eis  
in grecū uersa  
est editio p̄ma  
neret: sup̄stue  
in chromati e  
piscoporū sc̄issime atq; doctissime  
impelleres. ut hebraea uolumina t̄  
latino sermone transferre. Quod  
eū semel aures hominū occupa  
uerat. et nascentis eccl̄ie roborauit  
rat fidem: iustū erat etiā nr̄o si  
lentio comp̄bari. Nunc uero cū  
pro uarietate regionū diuersa  
ferantur exemplaria. et germa  
na illa antiquaq; translatio cor  
rupta sit atq; uiolata: nr̄i arbi  
trij putas. aut e plurib; iudica  
re quid uerū sit. aut nouū opus  
in ueteri ope condere illudenti  
busq; iudeis cornicū ut dicitur  
oculos configere. Alexandria  
et egyptus in septuaginta suis  
esichium laudat auctorem. con  
stantinopolis usq; antiochiam  
luciam martiris exemplaria p̄  
bat. medie inter has puencie pa  
lestinos codices legunt. quos ab  
origine elaboratos eusebius et  
pamphilus uulgauerunt: to  
tusq; orbis hac inter se trifaria  
uarietate compugnat. Et cer  
te origenes non solum exempla  
composuit quatuor editionum.  
eregione singlā uerba describēs

ut unus dissentiens statim ceteris  
inter se consentientib; arguatur:  
sed qđ maioris audacie est. in e  
ditione septuaginta theodotio  
nis editionē miscuit. astericis.  
designans que minus fuerint.  
et uirgulis que ex sup̄stuo uide  
atur apposita. Singitur alijs licu  
it non tenere qđ semel suscepe  
rant. et post. lxx. cellulas que  
uulgo sine auctore iactantur.  
singulas cellulas aperuere. hoc qđ  
in ecclesijs legit qđ. lxx. nesciūt:  
cur me non suscipiant latini mei.  
qui in uo lata editione ueteri.  
ita nouam condidi ut labore  
meū hebreis. et quod his manus  
est apl̄is auctorib; pbem: Scrip  
si nup̄ librū de optimo genere  
interpretandi: ostendens illa  
de euangelio. ex egypto uocau  
filium meū et qm̄ nazareus uo  
cabitur. et uidebunt in quem  
compunxerunt. et illud apl̄i.  
que oculis non uidit. nec au  
ris audiuit. nec in cor hominis  
ascenderunt. que preparauit  
d̄s diligentib; se: ceteraq; his  
similia in hebreorum libris in  
ueniri. Certe apostoli et euan  
geliste. lxx. interpretes noue  
rant. Et unde eis hec dicere qđ  
in septuaginta non habentur?  
Xpc̄ deus noster utriusque te  
stamenti conditor: in euange  
lio scdm̄ iohem. qui credit in  
quit in me sicut dicit scripta.  
flumina de uentre ei fluent

aque unue. Utiq; scriptum est  
est: quod saluator scriptu esse  
testatur. Vbi scriptu est: lxx. n̄  
habent. Apocryfa nescit eccle-  
sia. Ad hebreos igitur reuerten-  
dum est: unde et dñs loquitur.  
et discipuli exempla presumunt.  
hec pace ueterum loquor. et  
obtrectatorib; meis tantu respō  
deo: qui canino dente me ro-  
dunt. in publico detrahentes.  
legentes in angulis. idem accu-  
satores. et defensores cū in alijs  
p̄bent. quod in me rep̄bant:  
quasi uirtus et uirtum non in  
rebus sit. sed cum auctore mu-  
teatur. Ceterū memini editionē  
lxx. translatorū. olim de gre-  
co emendatam tribuisse me  
nr̄is: nec inimicū debere esti-  
mari eorū. quos inconuentu  
fratrū semp edissero. Et quod  
nunc dabreiamin. id est uerba  
dierū interpretatus sum. id cir-  
co feci. ut inextricabiles moras  
et siluam nominū que scrip-  
torum confusa sunt uitio. sen-  
suumq; barbariem aptius. et  
pueruum cola digererē: mi-  
chinet ipsi et mei iuxta his  
mentum canes. si aures surde  
sunt ceterorum. **Explicit p̄re-  
fatio.**

*Incipit liber dabreiamin id est  
uerba dierum quod est para-  
lipomenon.*



dam. seth. enos.  
caman. mala-  
lehel. iarech.  
enoch. matu-  
salam. la-  
mech. noe.  
sem. cham.  
et iafeth.  
Filij ia-  
feth: go-  
mer. ma-

gog. madal. et iauan. thubal.  
mosoch. thiras. Porro filij gomer:  
ascenez. et rifaz. et togozma. Filij  
autē iauan: helisa. et tharsis. ce-  
thim. et dodanim. Filij cham:  
chus. et mesiam: phut. et chana-  
an. Filij autē chus: saba. et euila.  
et sabacha. et regma. et sabacha-  
cha. Porro filij regma: saba. et  
dadan. Chus autem genuit nem-  
roth. Iste cepit esse potens in terra.  
Mesiam uero genuit ludim. et  
ananim. et laabim. et nepthu-  
im: pechrusim quoq; et cestuhim.  
de quib; sunt egressi philistim.  
et capthurim. Chanaan uero  
genuit sidonem primogenitum  
suum. echeum: iebuseum quoq;  
et amorreū. et gersum. eueūq;  
et aracheum. et sinacum. aradi-  
um. quoq; et samaritan. et ama-  
theum. Filij sem: aelam. et assur.  
et arfaxad. et lud. et aram. Filij  
aram: ul. et ul: gether. et mes.  
Arfaxad autē genuit sale: qui  
et ipse genuit heber. Porro heber:  
nati sunt duo filij. Vni nomen

phaleg: quia in diebus eius diuisa est terra: et nomen fratris eius iectan. Iectan autem genuit helmodad. et salech. et asar. samoch. et are: aduram quoque et uza. et deda. ebal. et abimabel. et saba. necnon et ophir. et euila. et iobab. Omnes isti filii iectan. Sem genuit arfaxad. sale. heber. phalech. reu. saruch. nachoz. thare. abram. iste est abraham. Filii abraham: ysaac. et ismabel. et hee generationes eorum. Primogenitus ismahelis: nabaioth. deinde cedar. et abdihel. et massa et masma. et duma. mad. et thema. ithur. naphis. cedma. Hi sunt filii ismahelis. Filii autem cethure concubine abraham quos genuit iamran. iexam. madan. madian. iesboth. et sue. Porro filii iexam: saba. et dadan. Filii autem dadan: asurim. et lathusim. et loommim. Filii autem madian: epha. et opher. et enoch. et abida. et theldaa. Omnes hi filii cethure. Genuit autem abraham ysaac: cuius fuerunt filii esau. et isrl. Filii esau: eliphaz. raubel. seir. ieus. ielom. chore. Filii eliphaz: theman. omar. sepphuc. gazan. et cenez. chore. dathan. amalech. Filii raubel. naad. zara. semma. meza. Filii seir: lochan. sobal. sebeon. anan. dison. eser. disan. Filii lochan: horri. hemam. Soror autem lochan: fuit thamma.

Filii sobal: aluam. et maneech. et ebal. et sepphi. et onam. Filii sebeon: achara. et anan. Filius anan: disan. Filii disan: amdan. et esba. et iethran. et charan. Filii eser: balaan. et ztuan. et acan. Filii disan: hus. et aram. Isti sunt reges qui imperauerunt in terra edom: antequam esset rex super filios isrl. Balac filius beor: et nomen ciuitatis eius denaba. Mortuus est autem balac: et regnauit pro eo iobab. filius zare. de bosra. Cumque iobab fuisset mortuus: regnauit pro eo husan: de terra themanorum. Obijt quoque husan: et regnauit pro eo adad filius badadi: qui percussit madian in terra moab: et nomen ciuitatis eius aburich. Cumque et addad. fuisset mortuus: regnauit pro eo semla. de maseocha. Sed et semla mortuus est: et regnauit pro eo saul de robooth: que iuxta amnem sita est. Mortuo quoque saul: regnauit pro eo balaman: filius achoboz. Sed et hic mortuus est: et regnauit pro eo addad cuius urbis. nomen fuit phau: et appellata est. uxor eius mehezabel. filia matted filie mizaad. Addad autem mortuo: duces pro regibus in edom esse ceperunt. Dux tamna. dux alua. dux iethech. dux oolibama. dux helad. dux phison. dux cenez. dux theman. dux mabsar. dux magdihel. dux iram. Hi duces edom. Filii autem isrl: ruben.

σ. u

fimeon. leui. iudas. ysachar. et  
 zabulon. dan. ioseph. beniamin.  
 neptali. gaud. aser. Filij iuda:  
 her. onan. sela. Hij tres nati sunt  
 ei: de filia sue chananidif. Fu-  
 it autē her primogenitus iuda  
 malus coram deo: et occidit eū.  
 Thamar autē nurus eius: pepe-  
 rit ei phares. et zara. Omnes er-  
 go filij iuda quinque. Filij autē  
 phares: esrom. et amul. Filij quoque  
 zare: zamri. et etham. et eman.  
 calchal quoque et daran: simul  
 quinque. Filius etham: azarias.  
 Filius carmi: achan. qui turba-  
 uit isrl. et peccauit in furto a-  
 nathematis. Filij autē esrom:  
 qui nati sunt ei ierameel. et ra.  
 et chaleb. Porro ram: genuit ami-  
 nadab. Aminadab autē genuit  
 naason: principem filiorū iuda.  
 Naason quoque genuit salmon:  
 de quo ortus est booz. Booz ue-  
 ro genuit obed: qui et ipse ge-  
 nuit ysai. Isai autē genuit pri-  
 mogenitū heliab: secundū amina-  
 dab: tertium samaa. quartū  
 nathanael. quintū raddai. sextū  
 asom. septimū dauid: quorum  
 sorores fuerunt sarua. et abiga-  
 il. Filij sarue tres. abisai. ioab.  
 et asabel. Abigail autē genuit  
 amasa: cuius pater fuit gether:  
 ismahelites. Chaleb uero filius  
 esrom. accepit uxore nomine a-  
 zuba: de qua genuit ierioth.  
 Fuerunt quoque filij eius: iesar.  
 et sobab. et ardon. Cumque mor-

tua fuisset azuba: accepit uxore  
 chaleb epharath. que peperit ei  
 ur. Porro ur: genuit uri. Uri: ge-  
 nuit beselehel. Post hec ingressus  
 est esrom ad filiam machir patris  
 galaad: et accepit eam cum esset  
 annorū sexaginta: que peperit  
 ei segur. Sed et segur genuit iair:  
 et possedit uiginti tres ciuitates.  
 in terra galaad. Ceptūque gesur. et  
 aram. oppida iair: et possedit ca-  
 nath. et uicinos eius sexaginta  
 ciuitatū. Omnes isti: filij machir  
 patris galaad. Cum autē mortuus  
 esset esrom: ingressus est chaleb ad  
 ephrata. Habuit quoque esrom uxo-  
 rem abia: que peperit ei assur  
 patrem thecui. Nati sunt autē  
 filij ieramehel primogenitus es-  
 rom: ram primogenitus eius.  
 et buna. et aram. et ason. et achia.  
 Duxit quoque uxore alteram iera-  
 meel: nomine atara: que fuit  
 mater onam. Sed et filij ram p-  
 mogenitus fuerunt geramabel:  
 mos. et iamin. et achar. Onam  
 autē: habuit filios semei. et iu-  
 da. Filij autē semei: nadab et a-  
 bisur. Nomen uero uxoris abi-  
 sur: abia. que peperit aboiba.  
 et molib. Filij autem nadab: fu-  
 erunt saled. et appham. Mor-  
 tuus est autē saled: absque libe-  
 ris. Filius uero appham: iesi.  
 Qui iesi: genuit sesan. Porro  
 sesan: genuit ohohi. Filij autem  
 iuda fratris semei: iether. et io-  
 nathan. Sed et iether: mortu-

